habitt et habeat extendetur extendique debebit Inscribitque se nihilomi-
nus cum suis successoribus in et super bonis suis supradictis omnibus presente
Inscriptione ex his Actis ad Acta Terrestria Praemisliensia ad decursum unius anni
transferre et transportare sub vadio Centum et Decem florenorum
pecunie monete polonice. Pro quibus quidem vadio et vadiis ex quacumque
re et causa sumbitur et sucumbitur quoque se praenominatus Sebastianus Brzeszczyanski
cum suis successoribus praefatus Joanni Brzeszczyanski aut eius posteris
Citare promiserit totus recedens ab omni suo proprio foro et compe-
tens Coram Officio praedicti Castrensi Praemisliensi semper in primo Citationis
termino tanquam peremptorio stare parere rationem Inscriptionique eidem et omni-
bus eius contentis totus quotiens opus fuerit satisfacere tenebitur Nulla prescri-
ptione terrestri in praemissis obstante Termino ipsum primum peremptorium et alios
subsequentes terminos nulla re exquisita nec colore excogitato nec indulto
neque extraiudicialiter vera vel simplici infirmitatibus litteris et Dictis
quibusvis regalibus in quemcumque sensum obtentis actione pro maiori litteris re-
stitutionis Bellis Colloquiis Gulibus et particularibus servitio militari Rei
publicae et sacrae Regiae magnitudinis legationemque intra et extra Regnum absen-
tia a Regno Minorennitateque successorum differentia prolongatione atque se
excipiendo Immo se cum successoribus suis omnibus viris remediis Motionibus
appellationibus Evasionibus palustris terrae Marcarum Pillonibus ad quie-
tationem legalibusque quibusvis impedimentis abrenuntiando Quod mihi firma-
tum est

Zamiechowikitt Zapolski

Coram Officio et Actis praedictis Castrensibus Capitulis Praemisliensibus personaliter
stans Generosus Gabriel Zamiechowski a palatinatibus Terris Districtibus
viribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedens huic vero

praedicti Castrensis Praemisliensis iurisdictioni secum successoribus quo ad actum et effe-
ctum praedictis Inscriptionis attinet incorporando et subiciendo sanus mens et
corpore exempta praecipua ac per expressum recognovit Quia Generoso De-
brogostio Zapolski Notario Castrensi Praemisliensi et eius legitimis suc-
cessoribus summam Ducentorum viginti florenorum pecunie monete et mensure polonice
singulum florenum triginta grossis polonicalibus computando certi veri
liquidi mutui ac essentialis debiti tenetur et est debitus praedictis quoque
se cum successoribus in et super bonis suis omnibus Terrestris et obligationis Mobilibus
et Immobilibus ubilibet habitis et habendis inscribit et obligat eandem summam
hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate ven-
turo in Castro Praemisliensi circa Acta praedicta totaliter et in effectu da-
re solvere reponere relinquere non ex fidelibus aut quovismodo arestare sub
vadio similis summae Ducentorum viginti florenorum pecunie monete polonice. Inde
fecto solutionis summae eiusdem principalis pro tempore supradicto solutionis assi-
gnatae ad solvendum sucumbendum Quod quidem vadium mox eadem die solutionis
assignatae nullo Dicto cuiusvis Indiciant Officii accedendo solummodo vir-
tute Inscriptionis praedictis in summam essentialem et Capitale debitum videlicet
Quadringentorum et Quadraginta florenorum pecunie convertetur,
Hocidemque vadium cum summa essentiali iunctum in et super bonis omnibus ipsius
Zamiechowskij Terrestris et obligationis Mobilibus et Immobilibus ubilibet ha-
bitis et habendis extendetur extendique debebit Inscribitque se nihilo-
minus cum successoribus suis in et super bonis suis supradictis omnibus presentem
Inscriptionem ex his Actis ad Acta Terrestria Praemisliensia ad decursum unius
anni transferre et transportare Et circa transportationem In-
scriptionis praedictis Nobilem Catherinam de Ostrow Coniugem suam legi-
timam cum duobus amicis ipsius de linea praedicta proximioribus ad consen-
tiendum super Inscriptionem praedictam quo ad omnia iura ipsius reformatoria

et adiutalitia aliaque omnia eam in bonis omnibus concernentia ad eandem
Acta Terrestria Praemisliensia adducere et statuere sub vadio Ducen-
torum et viginti florenorum pecunie monete polonicalis. Pro quibus quidem
vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitur et succumbendum quoniam
se prenominatus Gabriel Zamiechowski cum suis successoribus praefatus Dobro-
gostio Zapolski aut eius posteris citare permiserit totus recedendum
ab omni proprio suo foro et competentia coram praesenti Castrensi Prae-
misliensi officio cuius se cum successoribus bonisque omnibus ultro incorporat
semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere re-
spondere inscriptionique eidem totus quoque opus fuerit satisfacere tenebitur. Terminum
ipsum primum peremptorium et alios subsequentes terminos nullare ex-
quisito nec colore excogitato nec indicialiter neque extraordinariter vera
vel simplici infirmitatibus litteris et dictis quibuscumque Regalibus in quemcumque
sensum obtentis actionem pro maiori litteris restitutionis Bellis Colloquiis Generalibus
et particularibus Servitio Militari Reipublicae et sacrae Regiae Magistri
legoneque intra et extra Regnum absentia a Regno Inversa hostium
aura pestifera Mala Citatione et intempestiva positione eiusdem
ignorantia Citationis ante terminum Mala in livore condicione malo processu
iniuriis Iudicum Minorennitate successorum differentia prolongatum atque se
excipiendum Immo se cum successoribus suis omnibus iuris remediis Motionibus
appellationibus Praescriptione Evasione Patris ter trium Marcarum
Dilationibus quibuscumque abrenuntiantes nec quicquam sibi in auxilium con-
presentem Inscriptionem et eius defectum recipiendum sue et suorum successorum sub
amissione totius causae vigore Lectionis praefatus vadii et vadiorum quo
vel quibus solutis utique Inscriptionem praesentem et omnibus eius contentis totus
quoque opus fuerit satisfacere cum suis posteris tenebitur. Nulla pre-
scriptione Terrestri in premissis obstante. Quod memoriale firmatum est

Romer tituli Poremba

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensi Ca-
pitanealibus Praemisliensi Nobilis Georgius Romer de Chyssow
a Palatinatibus Terris Districtibus iuribusque suis quibuscumque propriis
ac foro competentibus recedendum hinc vero praesenti Castrensi Praemisliensi iuris-
dictioni se cum successoribus bonisque omnibus quo ad actum et effectum praesentis
Inscriptionis attinet incorporando et subiciendo sanus mente et corpore
existens pecunie palam ac per expressum recognovit. Quia Nobili
Thomae Poremba et eius successoribus summam quinquaginta florenorum pe-
cuniae monetae polonicalis singulum florenorum triginta grossis polonicis com-
putatam certi veri liquidi mutui ac essentialiter debiti tenetur et est
debitus praesentibusque se cum successoribus ni et super bonis suis omnibus
inscribit et obligat eandem summam hinc pro die et festo Sancti Pentecos-
tensis proxime et immediate venturum in Castro Praemisliensi circa Acta
praesentia Castrensi Praemisliensi totaliter et in effectu dare solvere repo-
nere relinquere non ex fidem ibi aut quovismodo arrestare sub vadio si-
milis summae quinquaginta florenorum pecunie monete polonicalis in casu non
solutionis summae eiusdem principalis ad solvendum succumbendum. Quod quidem va-
dium mox eadem die solutionis assignatum nullo dicto cuiusvis Iudicii aut
officii accedendum solummodo virtute Inscriptionis praesentis in summam essentia-
lem et capitale debitum vigore centum florenorum pecunie monete polonicalis converte-
tur. Hoc eidemque vadium cum summa essentiali iuncta ni et super bonis omnibus
ipsius Romer extendetur extendique debebit. Inscribitque se cum suc-
cessoribus suis ni et super bonis suis omnibus praesentem Inscriptionem exhibitam
ad Acta Terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transferre
et transportare. Et circa transportationem Inscriptionis praesentis